78

1615. In Bib: Zalusk. Ex MS. Canuti Jacobi Zaudzik

## Literæ Imperatoris Turcarum ad Sacram Regiam Maiestatem per Samuelem Targowski)

Gloriosissimo etc. Sigismundo, Poloniæ Regi Vicino Nostro. Cæsareis hisce literis Nostris notum facimus, ad Excellentissimam Principum magnanimorum Populorumq omnium refugium Portam Nostram hoc tempore veniens Samuel Targowski Secretarius Vestræ Maiestatis, amicas Literas illius nobis reddidit Quæ usus indefessus in conservan. per manus Prædecessorum Suorum tradita inviolabiliterq huc usq culta amicitia Sinceritatisq Majestatis Vestræ Studium nobis ob oculos ponerent. Idem imposterum etiam, non tantummodo sartis tectis, tenen., sed augendi etiam Fœderibus, amicitia, benevolentiaq

tiaq; pro virili excolen observatum in te:
state sunt, quidquid preterea hac in Par
te à Maiestate Vestra significatum est.
habita itaq; ratione constantis que glori:
osissimam Portam Nostram prosequi non
desistit Maiestas Vestra, benevolentie, ob:
servantieq; ex parte etiam sublimitatis
Nostre Pacem quietaq; omnia (: que Im:
perialis Nostrae est benignitas et erga
Majestatem Vestram benevolentia :) Re:
gnis Provinciisq; Illius libenter conces
simus, seriò iniunximus tam Tartarorum Im:
periali Nostre Potentie Subjectorum quam
aliis omnibus, ad confinia illa existen
invictissimis exercitibus Nostris ne ullo
penitus modo Regnum Ditionesq; Ve:
stras infestare, vel aliquid contra Pacem
Publicam Foederaq; admittere presu:
mant, Ex Parte tamen Majestatis
Vestre, per conniventiam quandam non
adhibita ea, que par est diligentia,
refarii Kosaci libere in Regionibus Ittis

illis versantes, armis insuper rebusq. aliis ad victum et amictum pertinentibus instructi, ex improviso in bene custoditum Imperium Nostrum irrumpen, subditos Nostros hostiliter prosequi non desistunt, Verae amicitiae sinceritatisq. convenit, ut qui in confiniis Majestatis Vestrae cum Imperio sunt. Civitatum Rectoribus severe injungatur quo in omnes istos qui commercia cum pessimo hominum genere exercere, annona rebusq. quibusvis aliis succurrere, et quocunq. tandem modo illos juvare ausi fuerint graviter animadvertant, in idq. sedulo incumbant, ut ne pedem quidem posthac illis in locis figere possint.

Hoc nimirum ita fiat pace publica sarta, tecta, conservata, pestisq. illa omnis è medio ut tollatur, Mandatum hocce Nostrum Caesareum datum est. Quod cum advenerit oportet, ut pro eo quo Antiquitus gloriosissimae Portae Nostrae obstricta est Majestas Vestra, amore conjunctioneq. Voluntati Nostrae hac in parte inhaeren, ad, ista praedictos locos ubicunq. tandē ea

ea sint receptacula, homines suos mittat, qui nefa=
riis illis sublatis vel nomen eorum è memoria
hominum tollat, locis insuper ex quibus tam Dia=
bolicum genus hominum provenit, funditus
eversis sedulo dabit operam Mttas Vra, ut nulla
omnino admissa excusatione si qui civitatum il=
larum Gubernatores quacunq tandem ratione illos
admiserint, vel favore comperti fuerint, severe
castigentur, re ipsa studiosum suum in San=
cte inviolabiliterq observan. Foederibus amicitiae
Paceq publica hoc modo comprobans. Ex Parte
quoq Imperialis Mttis Nrae, quam per manus
beatissimorum Praedecessorum Nostror: super quos
perpetua lux resideat Divinas acceptam habemus.
benevolentiam amorem, Pacemq Publicam fir=
miter observatam nihilq omnino ab Invictis=
simis Exercitibus Nostris, quod Regno Ditio=
nibusq Majestatis Vestrae nocere possit, admis=
sum iri certo sibi persvadeat. Praedictus Lega=
tus Mttis Vrae ad Augustissimu Portae Nrae
Soliu admissus post perfunctu Legationis munus
bona Mttis Vrae gratia illinc revertitur, in poste=
rum etiam qd verae amicitiae sinceritatiq convenit
pro fide dignos Legatos suos ad Nrm Mttatis et Excellentissimae Portae Nrae
significare Mttas Vra non intermittat